MISSALE CLAUSTRONEOBURGENSE
Klosterneuburg, um 1300/1460 Seite 177r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Hanc in conspectu glorie magnitudinis tue oblacionis hostiam quesumus deus omnipotens pro beati floriani martiris tui digna commendet oratio. qui sancto caritatis tue igne devinctus amore propriam sui corporis hostiam in odorem suavitatis tibi obtulit vivam. Per Con

Sancta nos quam sumpsimus domine sacramenti celestis participacio vite. et ab hostili callido confluencium tueamur incursu. et sancto intercedente floriano animarum nobis remedia salutis conferant sempiterne. Per

Deus qui hodiernam Gothardi epi oratio diem honorabilem nobis in beati gothardi confessoris tui atque pontificis festivitate contulisti prestam quesumus. ut cuius annua celebritate exultamus obsequiis. eius suffragiis tue pietatis consequamur auxilium. Per Secreta Beati gothardi confessoris tui atque pontificis domine nobis pro cuius suffragante has oblaciones offerimus divine maiestati tue deprecantes. ut benigne clementerque suscipias. ut indulgenciam et salutem nobis conferant sempiternam. Per Compl Protege domine propicius per hec sancta que sumpsimus dextera tue misericordie populum tuum devocione subiectum. precibus quoque beati gothardi confessoris tui atque pontificis suffragantibus. remuneratum ad eternam vitam pervenire concedas. Per

Adiuva nos quesumus Petronelle virginis oratio domine beate petronelle virginis tue festa celebrantes. ut sicut eam sublimissimo gradu virginitatis coronatam ad te traxisti. ita nobis